

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>
Haimo <Halberstadensis>**

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Amen dico uobis. Si quid perieritis patrem Ioh. 16

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

Religio munda & immaculata apud deum
& patrem haec est. Visitare pupillos & uidentes in tribulatione eorum. ¶ Cura pupillorum ac uidentium ecclesiae commendatur, & sacerdotibus magnum periculum comminatur, si contra tradicentibus ueritati, resistere noluerint: quoniam quisquis personam potestis accipit, & ueritatem loqui pauescit, gravi multatior culpa sententia. Multi enim praefules ecclesiarum timentes ne amicitiam perdant, & molestianam odiorum incurvant, peccantes non arguant, & corripere pauperum oppressores uerentur. Nec per timescunt de seueritate reddenda rationis, pro quo quod corticescunt de plebibus sibi commissis, quoniam a potentibus pauperes opprimuntur. Aderi piendos eos boni sacerdotes protectionis auxilium ferunt, nec uerentur cuiusquam inimicitias & molestias, sed oppressores pauperum palam arguant, increpant, extorramunicant, minusque metuunt eorum nocendi nisi dias, etiam si nocere ualeat. Pastor enim bonus animam suam dat pro omnibus suis. Nam sicut per uigilias pastor contra bestias oves custodire solet, ita & dei sacerdos super gregem Christi sollicitus esse debet, ne inimicus uaster, ne persecutor infestet, ne potentioris cuiuscumque cupiditas uitam pauperum inquietet, sed sua potius soliditudine & cura diligent, uitam & salutem mereantur aeternam.

DOMINICA QVINTA POST

Pascha, Vocem iucunditatis.

Iohannis XVI.

In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis:

I. v

Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.
Et reliqua.

LArgitor uitaturum & remunerat meritorum
dñs Iesus Christus, sciens humanam naturam

Ioh. 15.

nihil boni habere posse, nisi per eius gratiam,
qui ait, Sine me nihil potestis facere, ad instantiam

Mat. 7.

orandi & importunitatem petendi nos alibi hora-
tar & admonet, dicens, Petite & accipietis quae-

Mat. 7.

te, & innuenietis pulsare, & aperietur uobis. Et ne
aliquis imperare se posse quod postulat dubitaret,

si in oratione non deficiat, magnam fiduciam pe-
tibus in exordio huius lectionis exhibuit, dicens:

[Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem
in nomine meo, dabit uobis.] Vbi notandum quia

cum nos ad petendum hortatur, sua gratuita do-
na, nostra nulli esse merita: & ideo quaenam sciat

quod nobis necesse sit, an eum peramus cum, ut inne-
niat in nobis quod iuste remuneret, ad petendum nos

Matt. 7.

invitat, dicens: Omnis qui petit accipit, & qui querit

innuit, & pulsanti aperietur. Sed forte movere mi-
nus intelligentes, quare dicat, Si quid petieritis pa-

tre in nomine meo, dabit uobis,] cum legitimus non
solum inferiores quosque, sed etiam Paulum aposto-
lum, qui summus perfectionis fuit, aliquid petuisse &

non impetrasse. Sed ut ueridica domini promissio nobis
clarus cluecat, libet diversas personas pertinentium
inspicere, & causas impetrandi vel non impetrandi
discernere. Aliquando enim tolet contingere, ut in

oratione bona petantur: sed quia mali sunt qui pe-
tunt, a domino exaudiri non merentur. Supidue namque
se exaudiri a domino putat in orationibus suis, quicun-

audire contēnunt in suis sermonib^s. Salomonet^e Pro. 28.
 strane, q ait: Qui obturat aurē suā ne audiat legē,
 oratio eius erit execrabilis. Aliquando vero carna
 les carnalia petūt. & ideo a domino non exaudiun
 tur, qbus per beatū Iacobum apostolū dicitur: Pe Iac. 4.
 titis. & nō accipitis, eo q male petatis, ut in cōcū
 pīscētijs uestris pīmaneatis. Aliqñ bona pē
 tunt, sed illorū mala merita p quibus petūt, eis cb
 sīstunt ne audiantur, qles erāt illi, p qbus Ieremīe
 a dño dicitur: Tu vero noli orare p populo hoc, & Iere. 7.
 nō assumas p eis laudes & orationem, qd nō exau
 dām te. Et iterū: Si steterint Moyses & Samuel co Iere. 15.
 ram me, nō est aia mea ad populus istum. Nec tñ pū
 tandum q a fractu mercedis priuemur, q̄ies pro
 iniq̄s orantes, exaudiiri nō meremur: qd eis illi nō
 sunt digni accipere, p qbus petinūs, nobis tñ pro
 bona intentione merces recōpensabitur. Vñ bene
 non dixit simpliciter, [Si quid petieritis patrem
 in nomine meo, dabit:] sed cum addita mēo, [da
 bit nobis.] Q uod est dicere, Ei si illi non meren
 tur accipere pro quibus petitis, uobis tñ pro affe
 ctu charitatis merces retribuetur, scut Psalmista
 ait: Et oratio mea in finum meum cōue: tetur. Ali
 quando sancti sancta petunt, sed qd eis petitio in
 pīlenti non impletur, restat ut in futuro impleteatur:
 sicut uniuersalis ecclesia q̄tidie in oratione deum
 postulat, dices: Adueniat regnum tuum. Quod re Mat. 6.
 gnū eis non mox finita oratione aduenit, tñ post
 uniuersale iudiciū sine dubio creditur uentur. Ali
 quādo sancti in oratiōe cōtraria animē sua igno
 ranter perunt, occulto tamen dei iudicio, nō ad uo
 luntatem, sed ad salutē exaudiuntur. Multo eis fa
 librius est exaudiiri ad salutem, qd ad uolentatem.

Psal. 34.

Quod ut manifestius intelligatur, duos in medietate ponamus: unum malum, & alterum bonum: item tamen, ut bonus per iussus legatur & non impetratur, malus autem per iussus & impetratur. Sed ne aliquis tacita conscientia dicat fieri non posse, illum ante oculos dei iniustum esse quod exauditus est, & illum iustum esse qui non exauditur: talis in malo pendens est, cuius malitiam nullus ignorat: & talis in bono, de cuius sanctitate nullus dubitet, Paulus sci licet apostolus & diabolus. Quis enim diabolum auctorem malitiae esse negat, maxime cum per beatum

Iob. 42.

Iob de eo dicatur: Omne sublime uideret, & ipse est rex super omnes filios superbie? Quis uero Paulum apostolum post conuersionem sanctum fuisse dubiter, maxime cum ipse iudex de eo testetur, dicens:

Actu. 9.

Vas electiois mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel: Nullus.

Iob. 1:

Et tamen diabolus petiit, & impetravit, Apostolus uero petiit, & non impetravit. Petiit diabolus ut substantiam Iob deleret, & audiuit: Ecce universa que

2. Co. 12.

habet, in manu tua sunt. Petiit Apostolus ut auferretur ab eo stimulus carnis sue, & non impetravit. Quis ergo horum magis exauditus est: diabolus, an Apostolus? Diabolus exauditus est ad uoluntatem, non tamen ad salutem: quia inde deterior effectus est, unde sancto uiro damnum inferre conatus est. Apostolus uero non est exauditus ad uoluntatem, sed ad salutem: quia non expediebat ille ut stimulus carnis sue ab eo auferretur, qui ob custodiam humilitatis ei datus fuerat, sicut ipse dicit: Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datum est mihi stimulus carnis meae, angelus satan, ut me colaphizet. Propter quod ter dominum ro-

Ibid.

gauis, ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi
gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur:
Quicunq; ergo si de non dubitans, ea quæ ad salu-
tē animæ lux pertinent, perseverâter petit, sine du-
bio exauditur aut in presenti, aut in futuro. Vnde
bene dicitur, [in nomine meo.] Nomen uero ei-
us, Iesus est, id est, saluator suæ salutaris. Ille ergo
in nomine Iesu petit, q; animæ suæ salutem q;rit.

Vsq; modo non petistis quicquam in no-
mine meo.] ¶ Nunquid non ante petierant apo-
stoli, dicentes: Domine, dic nobis quādo hæc erūt?
uel, Q; uel signum aduentus tui: Et his similia. Fe-
cerunt utiq; Sed quod ait, [Vsq; modo non peti-
stis, quicq;] duob; modis intelligi potest. Siue nō
petistis quicq;, quia me æqualem patri non credi-
distis, ut in nomine meo peteretis. Siue certe nō pe-
tistis quicq;, quia ad comparationem eorum quæ
petere debuistis, nihil sunt q; petistis. Fragiles nan-
q; mentes apostolorum ante passionē prius terre-
na & transitoria petere nōuerant, sicut de duobus
filijs Zebedæi legimus, qui persuaserūt matri ut pe-
teret ab eo, ut unus sederet a dextris, & alter a sinis
stris in regno eius. Sed quia ad comparationē eo-
rum quæ petere debuerant, nihil erat qd petebāt,
ptinus audierunt: Nescitis quid petatis. Terrena
nanq; & transitoria æternæ felicitati comparata, Mat. 20.
nihil sunt æstimanda. Sed quia haec tenus ad ea que
eterna sunt, petenda pigri fuerāt, dñi sermonibus
ad petendum incitātur, cum dicitur: [Petite.] Et
ne se accepturos dubitarē, recte subiungitur. [Et
accipietis] Quid autem principaliter petere debe-
rent, manifestatur cum subinfertur:

Vt gaudium uestrum sit plenum.

Vbi ordo verboꝝ talis eꝝ. Perite ut gaudium uestrum sit plenum, & accipietis. In quo loco ostenditur. quia in oratione non aurum, nō argentum, nō terrena diuitia, petere debemus, non p̄t̄st̄ tis uita longitudinem, sed uitam æternam, & ea q̄ ad illam pertinent, i. uirtutes anime. Plenum ergo & perfectum gaudium esse non potest, ubi fragilitas inuicibilis ita variatur, ut uix unius horæ spatio gaudium nobiscum permanere possit. Sub ito c̄m letitia a tristitia absorbetur, gaudiū in dolore in ueritatem, sa[n]itas infirmitate l[et]editur, ampla possessio paupertate tenuatur, prosperitas aduersitate, p[ro]sternatur, iuuentus ad senectutem, uita currit ad mortem. Cum ergo dicit. [Perite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum.] illam singularem ac beatam uitam nos petere admonet, ubi est letitia sine tristitia, gaudium sine dolore, securitas sine timore, uita sine morte. Quam qui adepti fuerint, gaudium & letitiam obtinebunt, & fugiet ab eis omnis dolor & gemitus, quādō implebitur qđ dominus alibi p[ro]mittit, dicens: Iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollerat a uobis. Hanc denotus ille supplicator specialiter concupierat, cum dicebat: Vnam peti a domino, hanc requiram, ut in habitem in domo domini omnibus diebus uitę meę, & uideam uoluntatem domini. Et iterum: Credo uidere bona domini in terra uiuentium.

Joh. 16. Ite, uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollerat a uobis. Hanc denotus ille supplicator specialiter concupierat, cum dicebat: Vnam peti a domino, hanc requiram, ut in habitem in domo domini omnibus diebus uitę meę, & uideam uoluntatem domini. Et iterum: Credo uidere bona domini in terra uiuentium.

Hec in proverbijs locutus sum uobis. Venit hora.] q̄ Hanc horam, diem pentecosten intelligere possumus.

Cum iam non in proverbijs loquar uo-

bis, sed pala de patre annunciaro uobis.] Prouerbia quædam similitudines dicuntur, qua ad obscuriores quæsq; sententias intelligendas, necessarie ab autoribus adhibentur, ut saltem per uisibilia in similitudine cognoscere queat. Vnde liber Salomonis propter verbis omnis nomen accepit, eo q; parvulus ignorantiæ pro quasdam imagines uel similitudines, ad sapientiam descendam induat. Locutus ergo dicit dominus in proverbijs, quia prius fragilitati discipulorum cōdescendens, ut in mysteriū regni caelorum facilius capere possent, in suis sermonib; similitudine, adhibuit, sicut ait Matthæus euangelista: Lo Mat. 10. quebatur Iesus cum discipulis suis in parabolis, & his e parabolis non loquebatur eis. Sed cum promittit ille non in proverbijs locuturum, sed palam de patre annunciatum, ad tantam pfectiōnē p spūssanctū aduentum ostendit eos uenturos quibus non necessit sit: ita in proverbijs quasi parvulis loq; cū idē spūssanctus aduenies pala de patre annunciet, i. pfecte cognoscere faciat, quia pater in filio & filius sit in patre. Et quicunq; potest pater, potest similiiter & filius, secundum quod ipse ait: Qm̄ia q; habet pater, Ioh. 16. mea sunt. Vnde & subditur:

Illo die in nomine meo pectis.

Quod est dicere: Illo die cū spūssanctus aduenies cognoscere uos fecerit, quia ego & pater unum sum, in nomine meo pectis, quia equaliter patri me esse cognoscetis, & cūa me dare posse cū patre credetis. Sicut ait, [In nomine meo pectis, tale ē aucti diceret:] Cū spūssanctus aduenies terrena uos pfecte credentes fecerit, solūmodo quod ad salutē animarum pertinet, pectenda intelligetis. Et quia Christus ira homo apparuit, ut perfectus esset deus, recte subiungitur:

Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis.] Quia enim homo est, alibi patrem pro discipulis rogasse legitur, dicens: Pater sancte, seru eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Et iterum: Pater, cum essem cum eis, ego seruabam eos quos dedisti mihi. Nunc autem pro eis rogo, non pro mundo. Et non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut seruas eos a malo. Et alibi Petro: Ego pro te rogaui patrem, ut non deficiat fides tua. Nunc autem non regaturum se patrem pro discipulis dicit, quia omnipotens est in divinitate cum patre. Rogat ergo patrem per humanitatem, quia omnia postulata dat cum eo per divinitatem. Siue certe per hoc quod ait, Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis, ad tantam beatitudinem sanctos ostendit esse uenturos in eterna uita, ut nullus auxilio uel prece indigeant: quia eterna beatitudine replebitur, sicut dominus per Ieremiā prophetā pollicetur, dicens:

Iere. 31. In diebus illis & in tempore illo non docebit uir fratrem suum, neque proximum suum, dicens: Cognoscere deum: omnes enim cognoscent me, dicit dominus, aminimo usque ad maximum. Et ideo non dixit de presenti, rogo, sed de futuro, rogabo. Quod autem subiungit,

Ipse enim pater amat uos, quia uos me amatis, & credidistis quia a deo exiui, non ita accipendum est, quasi amor discipulorum praecesserit, ut proprio merito a patre amari mereretur, sed gratuito dono primū a patre dilecti sunt, ut filii credere & amare potuissent. Denique per prophetam

Ose. 14. ipse dicit: Diligam eos spontanee. Et in euāgelio: **Ioh. 15.** Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Hinc Iacobus apostolus ait: Voluntate genuit nos herbo-

ueritatis. Eadem em̄ gratia quę subsequitur homi
nem ut bene possit, ipsa præcedit ut bene uelit. Ni-
si em̄ humanam uoluntatem gratia dei præueniret
ut bene uellet, nequaquam Psalmista diceret: Forti Psal. 58.
rudinem meam ad te custodiam, quia deus suscep-
tor meus, deus meus, misericordia eius præueni-
et me. Et nisi eadem hominē subsequeretur ut be-
ne posset, nullo modo idē Psalmista diceret: Misericordia Psal. 22.
eius subsequetur me oībus dieb⁹ uitę meę.

Exiū a patre, & ueni in mundum: iterum
relinquo mundum, & uado ad patrē.] In hoc uersi-
culo dñs utrancq; suam naturam diuinā scilicet &
humanam, nobis cōmendauit. Quia enim deus in
forma diuinitatis ab hominibus uideri non pote-
rat, exiuit a patre, & uenit in mundum: quia ut ui-
deri posset, in forma serui uisibilē se mundo ostendit,
sicut ait Apostolus: Cum esset in forma dei, nō Philip. 2
rapinam arbitratus est esse se & qualem deo, sed se-
metipsum exinanivit, formam serui accipiens, in si-
militudinem hominum factus, & habitu inuentus
ut homo. Iterum reliquit mudum, & iuit ad pa-
trem, quando expleto incarnationis suae myste-
rio, humanam naturam quam ex nobis assūmpse-
rat, in patris dextera collocauit, sicut ait Marcus Mar. 16.
euangelista: Dñs quidem Iesus postquam locutus
est eis assūptus est in cœlū, & sedet a dextris dei.
Sicut ergo non deseruit patrem, cū in mundum ue-
nit, sic non dereliquit electos, cū ad patrem redijt,
sicut ipse alibi ait: Ecce ego uobis sum oībus Mat. 28.
diebus usq; ad consummationem seculi: ¶ Manēs
ergo cum patre p̄ diuinitatem, uenit in mundum
per humanitatem: & rediens ad patrem per huma-
nitatem, mansit cum electis p̄ diuinitatē, sicut ipse

K

DE LITANIIS

146.

ait: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de
cælo, filius hominis qui est in cælo.

Joh.3.

Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam
loqueris, & proverbiū nullum dicis. ¶ In his su-
is uerbis ostendunt discipuli, quæ in hac ultima cō-
fabulatione loquens ad eos dñs, de his maxime
disputabat, quæ illos audire delectabat. Et quan-
uis ea quæ loquebar, nondum perfecte intelli-
gerent, tamen se intelligere putares, responderunt,
dicentes: [Ecce nunc palam loqueris, & prover-
biū nullum dicis.] Quid uero eorum cogitati-
ones præueniens, frequenter ea quæ interrogare
uolebant, non interrogatus in medium profere-
bat, diuinæ naturæ indicū in eo comprehendunt.
Vnde & subiungunt, dicentes:

Nunc scimus quia scis omnia, & non opus
est tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus quia
a deo existi. ¶ Proprieta nanc est deo, cogitati-
ones hominum intueri, scriptura testante, quæ ait:
¶ Para.6 Tu deus solus nosti corda filiorum hominum. Et
iterum: Quæ sunt in corde hominis, oculi tui ui-
dent domine. Et Psalmista: Intellexisti cogitati-
ones meas de longe.

SERMO DE LITANIIS,

id est, de supplicationibus,

& de exordio earum.

Sed quia dies litaniarum, id est, supplicationis,
annua reuolutione recolimus, libet, ppter sim-
pliores, unde exordium sumperit, breuiter
commemorare. Non enim absq; euangelica &
apostolica autoritate, in consuetudinem uenisse
credendi sunt. Deniq; dñs in cælum ascensurus, cū